



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jus Canonicvm R.P. Pavli Laymanni, Soc: Jesu Theologi, Et
Olim In Alma Et Episcopali Academia Dilingana SS.
Canonum Ordinarii Professoris**

Laymann, Paul

Dilingæ, 1666

§. Sanè.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62559](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62559)

secundum Gl. communiter hic receptam, ver. secus. Quod si simul constituti sunt, tunc ve. simpliciter, vel in solidum: Si simpliciter, ambo admitti debent, & unus sine altero nihil efficere poterit. Quod idem de iudicibus simul delegatis habetur in c. causam, 16. de offic. delegati, c. prudentiam, 21. eod. tit. Sin vero uterque in solidum, id est, ut singuli seorsim item prosequi possint, tunc uno per litis contestationem causam praoccupante, alter omnino exclusus est. Praterquam si in mandato continetur clausula, qua huic praoccupationi vnius, & exclusioni alterius derogatum sit. Hec enim clausula licet efficiere nequeat, ut dum is, qui prior item contestatus fuit, iudicium prosequi vult, & potest, se alter immisceatur (cum bono publico, & litium expeditioni aduersetur) tamen id saltem operatur, ut si ille qui praoccupauit, impeditus sit, aut causam prosequi nolit, in hoc eventu alter suscipere non prohibetur, dummodo ille neminem in locum suum substituerit, sicuti in textu dicitur. Ita explicat Gl. hic ver. occupantis, ubi regulam allegat: Si quod ago, non valet in totum, valebit ea parte ac modo, quo valere potest.

Quæres: Quare iudicibus duobus in solidum delegatis, si qui praoccupauit, procedere nolit, aut impeditus sit, alter succedere potest, et si id in commissione expressum non fuerit, iuxta c. cum plures, 8. de offic. delegati, in 6. Duobus autem constitutis procuratoribus, uno praoccupante, alter penitus exclusus censemur, nisi huic exclusioni per clausulam derogetur. Respondeo: Quia iudices in solidum delegati ab ipsa lege, seu canone communionem quandam habere censemur, ob velociem causarum seu litium expeditionem, sicut dictum fuit in cit. c. cum plures. At vero Procuratores in solidum constituti à iure communionem non habent: (cum pluralitas Procuratorum negotij expeditionem potius impediatur) quare eam ab homine accipere debent.

* * *

S. Cæterum.

Siis, qui praoccupauerat, ac postea celatauerat, propter impedimentum, eo sublato causam resumere velit, admitti non debet: nisi & alter, qui causam suscepit, impeditus tunc reperiatur.

S. Sanè.

Sin causis spiritualibus, quæ celeriorem expeditionem postulant, videlicet electionum, postulationum, prouisionum, duo Procuratores non in solidum dati sunt, iudex, quem magis idoneum censuerit, eligere potest: ne alioquin propter eorum concursum negotia intricari contingat. Neque alter Procurator admitti amplius debet, nisi, qui praoccupauerat, causam prosequi nolit, aut non posset.

CAPITVLVM VII.

Licet.

PARAPHRASIS.

Titius absens misit mandatum procuratori um ad Caum, is suscipere recusavit: postea vero mutata voluntate suscepit. Quare ritur, an id fieri potuerit. Affirmat Bonifacius VIII. Dummodo ille, qui Procuratorem constituit, in eadem perseverarit voluntate.

SUMMARIUM.

1. *Procurator non cogitur suscipere officium protractionis; susceptum vero ex qui cogitur; vel mature re adhuc integrata, ei renunciare.*
2. *In mandato & alijs contractibus, qui mutuo consensu perficiuntur, licet alter dissenserit, si tamen postea consentiat, ratus est contractus, modo alter in prima voluntate perseveraverit.*
3. *Idem est in actu electionis, & collatione beneficij.*

NO TANDVM I. Procurator non cogitur suscipere officium protractionis, l. filius-